

Mythologia, Francfort, 1581 - X [138] : De Mida

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document est une version augmentée de :
[Mythologia, Venise, 1567 - X \[132\] : De Mida](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre IX

[Mythologia, Francfort, 1581 - IX, 15 : De Mida](#) a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[138\] : De Midas](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[138\] : De Midas](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia
Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

Publication Francfort, André Wechel, 1581
Exemplaire Regensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307
Format in-8
Langue(s) Latin
Pagination p. 1072-1073

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Midas](#)
Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024

tatem erga hospites antiqui nos adhortabantur, quod etiam fecerunt per fabulam Lycaonis. Nam ut hospitem præsentia vnumquemq; ad humanitatem incitaret, Deos etiam finxerunt ad homines in hospitium aliquando accessisse: atq; ingēbus supplicijs Deorum consilio illi affecti memorantur, qui crudelitate in hospites vsi fuissent: illiq; rursus honorifica & vtilissima præmia reportarunt, qui per humani & benigni aduersus hospites extitissent.

De Ganymede.

Ganymedem fuisse à Ioue amatum, omnes antiqui consentiunt, at cur fabulosè dicatur in cælum asportatus, nemo probabilem rationē explicauit, ex ijs omnibus scriptoribus quorum monumenta ad ætatem nostram peruenerunt. Ego tanē significare voluisse antiquos per hanc fabulam crediderim, vni prudentem, & qui recto consilio polleat, proximè ad Deorum immortalium naturam accedere. Nam vel nomē ipsum Ganymedis significat virum consilio præstantem, quem ob eximiam prudentiam Deus ad se rapit, cum stulti neq; sibi, neque cæteris quidem hominibus sint vtilis. Dicitur est Ganymedes pulcherrimus, quod anima prudentis hominis nullis propè sordibus humanis sit contaminata: quæ cum talis existat, facilè ad Iouem rapitur.

De Harmonia & Cadmo.

Enimuero ut cunctis hominibus fieret manifestum, quod necessaria est prudentia in rebus omnibus, ea finxerunt antiqui, quæ de Cadmo fabulati sunt. Is enim Mineræ cōsilio serpentem ad fontē Dirceæ occidit, & dētes seminauit, latrones scilicet cum socijs, quia maximè rerum omnium necessaria est prudentia imperatoris in rebus militaribus: quæ tamē omnis inanis est, nisi Dei optimi auxilium illi accesserit. at verò Harmonia Iouis & Electræ filia dicitur, quod illā in motibus sphaerarum inesse arbitrabantur, vti dictum fuit.

De Mida.

Neque verò vno tantùm exemplo, ut humanitate aduersus hospites vteremur, hortabantur antiqui: quando Midæ etiam facinus, qui Silenum per benignè tractauit, ita celebratur. is enim suæ liberalitatis ergò magnam accepisset præmium, si tam prudens fuisset petendo & eligendo præmio ac dono Dei, quàm liberalis fuerat in hospitem. Sed nihil certum peten-

petendam est à Diis, quia sepius perniciofa petuntur à precantibus. Temere nihil iudicandum monemur per hanc ipsam fabulam, quoniam vel temerarium, vel stultum, vel doloſum iudicium non patitur Deus diutius eſſe inultum.

De Narcifſo.

Vt autem temperantes, & prudentes & viri boni eſſemus, nullum eſſe facinoroſum hominem impune tradiderunt antiqui. nam tamenſi Deus aliquandiu differt vindictam, tamen multo grauiorem illam poſtea concitat, quod per Narcifſi fabulam explicatur. ſi quis enim nimis vel forma corporis, vel opum magnitudine, vel nobilitate generis, vel viribus gloriatur ac efferatur, neque cognoſcat ſe largiente Deo hæc omnia habere: ille ob ſuam imprudentiam hæc ſibi facit pernicioſa, non minus quam malè affectus agrotantis ſtomachus, cui vel optimi cibi ſunt noxi ob digerendi debilitatem.

De Belſidibus.

Ad educationem verò liberorum Belidum exemplum pertinet. nam neque parentes quidpiam liberis contra humanitatem, iusque naturæ, & Deorum religionē debent imperare; ne paterno conſilio improbi eſſe conueſcant: neque liberi crudelia & impia & inhumana patrum mandata exequi. Sin autem magis paterna, quam diuina reuerentia teneantur, Deum denique ſentient eſſe grauiſſimum impuſorum & conſecratorum hominum vindicem. nemo eum malus eſt impune.

De Sphinge.

Quæ autem dicta ſunt de Sphinge, hortabantur vniquemque ad fortunam ſuam æquo animo ferendam, cum omnis humanæ vitæ ſtatus ſit inconstans, cum humanum ſit calamitatibus ſubiici, cum vel volenti, vel inuito fortunam ferre omnino neceſſe ſit. atque, vt ſummatim dicam, neceſſe eſt vnicuique vel ſuam ſapienter fortunam perferre, vel omnino, ſi quis illam ferendo vincere non poterit, ab illa denique ſuperari, & in extremas miſerias incidere.

De Nemeſi.

Enimuero cum vellent demonſtrare antiqui ſapientes, nihil Deo gratius eſſe, vel vitæ hominum vtilius, quam in vtraque fortuna animi moderationem, multas fabulas finxerunt, quibus ad miſerias & calamitates fortiter perferendas nos hortarentur. Sed quia nonnulli æquo animo aduerſa tuliffent, at fo-